

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Theoderici Regis Qvondam Ostrogothorum & Italiæ

Cochlaeus, Johannes

Ingolstadii, 1544

VD16 C 4410

Magnifico Spectabilique Viro Domino Ioanni Georgio Paumgartnero,
Sereniss. Regis Ro.Vng. Bohe. &c. Domini & Patroni mei omniu[m]
Clementiſimi Consiliario &c. Ioannes Cochlæus S. P. D.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00004354-8

MAGNIFICO SPECTABI.

lique Viro Domino Ioanni Georgio Paumgar-
tnero, Sereniss. Regis Ro. Vng. Bohe. &c.
Domini & Patroni mei omnium Clemen-
tissimi Consiliario &c. Ioannes
Cochlaeus S. P. D.

Magnifice Domine, nuper e Spira ad me
scribens Reuerendus Dominus Magister
Ioannes Hasenbergius, Bohemus, Prepos-
itus Lythomericensis, ac Liberorum Regis
Majestatis, praecepit uero Serenissimorum
Archiducum Austriae &c. In linguarum
bonarumq; literarum studio Præceptor, multis iam annis
foeliciter opera uitæq; integritate probatus. Dixit mihi nomis-
ne tuo salutem, quam certe ut insperatam, ita uelut auspi-
catissimam ac optimi omnis nunciam, non vulgari cum
gaudio suscepit. Datus sane operam, ut tuæ erga me be-
nevolètiæ ultro ex innata bonitate tua conceptæ & oblatæ,
quam nulla mea erga Magnificètiam tuam uel merita uel
obsequia pepererunt, te non poeniteat aliquando. Jam pri-
dem enim ex Clarissimæ memorię uiri Erasmi Roterodam-
i scriptis intellexi, quām cādide faueas quibuslibet recta
cum pietate literatis. Quare ut faustum sit meæ erga te ob-
seruantæ auspicium, hunc celebri nomini tuo nuncupo li-
bellum, quem ante bienniū scripsi Vratislauie, quando me
tenebat haud frigidum uisendi Gothiæ ac Succiæ Regni
desyderium, quod in me Schondiæ descriptione excitaue-
rat egregie doctus uir Iacobus Zieglerus Landauus, maxi-
me propter Bibliothecam insignem cuiusdam monasterij,

Aa ii libris

libris veterum aucthorum prædiuitem, Quo tamen profec-
tus non sum, amicorum retentus consilio, atq[ue] etiam nos-
uarum sectarum improbitatibus à tam longinquo et peris-
culo itinere absterritus. Verum dū ante annos XXIX.
agerem Bononiæ, atq[ue] Legum Iustiniani Imp. occasione
inciderem in historias Procopij de bello Gothicō, multa
in ijs inueni, quę animū meum in fauorem Ostrogotho-
rum, qui in Italia regnauerunt, trahebant. Eum uero fauor-
rem mirum in modum auxerūt in me postea dum agerem
Rome, Cassiodori Senatoris Epistole, quas sane multo cū
labore illic conquisiui, quia nullum exemplarium, quę mihi
uidere contigit, omnes epistolarum illarum libros plene
continebat. Itaq[ue] aliquot inde Rescripta excerpti, in XIII.
Titulos digesta, quę ante annos XV. dum Dresdæ agerem
sub Illustrissimo foelicis & sancte memoriæ Principe, Du-
ce Saxonie GEORGIO, in publicum edidi, Ex quibus lector, nō omnino stupidus, facile intelligit (ni fallor)
haud ita immitē aut Tyrannicum fuisse illorū in Italia Go-
thorum Imperium, sicut existimarent nonnulli, propter
alienam gentis linguā. Nulla mihi prefecto aliae est erga eā
gentem (quę Mille iam annis extincta iacet) fauoris ac stu-
dij causa, nisi sola uirtutis opinio, quam in qua cuncti gen-
te repertam amo, suspicio, laudo ac ueneror. Et eundem
esse tibi quoq[ue] morem ac animū, persuadet mihi tuus tā-
topere ab Erasmo deprædicatus candor. Rogo itaq[ue] pluri-
mum, ut libellum hunc perlegere digneris, tuumque beni-
gne indicare mihi de hoc Theoderico iudicium. Quem si
probaueris mecum, excepta religionis causa, describam
tibi deinceps alterum eiusdem gētis Regem, nomine To-
tylam Romanæ urbis euersorem, quem plāriique Histo-
ricorum ob id maxime detestantur, Quām iuste uero id
faciant, tuum profecto perlubenter auditurus sum iudicium

cium, posteaquam eius uitam gestaque, quantum per Dei
gratiam potero, bona fide perscripsero. Libet enim paulis-
per animum relaxare à contentiosis aduersus nouas sectas
libellis, & iucundiore aliqua rerum commemoratione re-
creare. Quod ut boni consulas, Paumgartnere ob-
seruandissime etiam atque etiam te precor. Be-
ne uale. Ex ciuitate Eystetenfi, Quarto
Nonas Iunij. M. D. XLIII.

Aa:ij Theop?